



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll I3 [previously G3] (recto)

G.3.

Part 1 [Tuesday] 17 March 1556

Manerium ¶ Visus Franci plegii cum Curia Margarete Calton Vidue Domine Manerij predicte tenta ibidem die martis xvij<sup>o</sup> die marcii de Dulwyche anno regnorum Philippi & Marie dei gracia Anglie Francie Neapolis Jerusalem & Hibernie Regis & Regine fidei defensoris Principum Hispanie & Cecilie Archiducum Austrie Ducum Mediolani Burgundie & Brabancie Comitum Haspurgi flandrie & Tirolis secundo & Tercio

Essonia Nulla ad istam Curiam

Communis }  
Finis } iij s. Inquisicio Capta pro Domino Rege & Domine Regine per Sacramentum Johannis Croft Henrici Knyght Willelmi Godderd Johannis Webbestor Walteri s. Dove Walteri Symondes Johannis Beckett Humfridi Bone Thome Awode Johannis Lewys Ricardi Brase Johannis Dove junioris Johannis Holmes Christoferi Curson Ricardi Cole & Thome Harres qui dicunt & presentant quod dant domino[sic] de communi fine semper ad hunc diem pro se & decennariis suis Ut patet in Capite

Extrahere c-vij s. cc Et quod quattuor oves in Custodia Ballivi precij vj s. vij<sup>d</sup>. necnon Unus porculus in Custodia Ballivi precij xvj<sup>d</sup> devenerunt infra Dominium istud per Unum annum integrum iam elapsum & Ultra & proclamata fuerunt in foris & nundinariis secundum consuetudinem Regine Anglie Et nullus venit ad clamandum Ideo preceptum est seisire illos ad Usum Domine

Pena Pendente cc Et quod Rogerus Hamond & Uxor eius sunt garrulatores & pacem Dominorum Regis & Regine inter vicinos suos perdisturbant Ideo preceptum est eis amovere & extra habitare Dominium istud citra Festum Sancti Michaelis Archangeli proximum pena xl s. quod

Pena Pendente cc Et Johannes Dove habet xxx<sup>ta</sup> perticatas fossati erga grenestrete nocive Regie Vie ibidem & ad nocumentum populorum Dominorum Regie & Regine ibidem transeuntium Ideo preceptum Est eidem Johanni Escurare predictas xxx<sup>ta</sup> perticatas fossati citra Festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum pena x s

Jurati decennarii<sup>cc</sup> Ad istam Curiam & Visum veniunt Johannes ApHowelle Henricus Hunt Henricus Bateman & Wilhelmus Sharprowe & Jurati sunt in decennam dominorum Regie & Regine.

Eleccio officiorum<sup>cc</sup> Eligerunt Ad officium Constabularii ibidem Thomam Woode & Juratus est Ad excerendum[sic, exercendum] officium predictum &c.  
Et ad officium Capitalis plegiorum ibidem Stephanum Salle & Johannem Becatt & Jurati sunt ad excerendum[sic] officium illud

## Nunc de Curia

Defalta secte<sup>c-xij<sup>d</sup></sup><sup>cc</sup> Et quod Henricus Draper gent debet sectam huic Curie & ad hunc diem fecit defaltam Ideo ipse in misericordia domine ut patet in Capite

Fidelitas<sup>cc</sup> Ad istam Curiam Venit Henricus Knyght & fecit Domine fidelitatem pro Uno Tenemento cum Curtilege & quatuor acris & dimidia terre libere iacentes in Campo vocato Canelcroft

Contraversio<sup>cc</sup> Homagium istius Curie videlicet Johannes Croft Henricus Knyght Wilhelmus Godderd Johannes Webbestor Walterus Dove Walterus Symond & Johannes Dove Junior tenentes customarii domine huius Manerij & ad hunc diem Jurati pro diversis consideracionibus domine & Senescallo suo moventur ad inquirendum pro Domina Manerij predicti quem finem Domina per consuetudinem huius Manerij potest de iure exigere de quolibet qui admitti debeat tenens de aliquibus customariis Tenementis huius Manerij & sic onerati & Jurati inter alia dicunt & presentant super Sacramentum suum quod Domina huius Manerij & heredes sui habebunt & aliquem habere debent post mortem Cuiuslibet tenentis Customarii ac super quamlibet Sursumreddicionem factam per tenentem Customarium de Aliquibus terris seu Tenementis customariis infra Manerium predictum antequam heres tenentis mortui Vel ille ad Cuius Usum aliquod customarium tenementum fuerit sursumredditum de Tenementis illis admissus fuerit tenens pro fine bis tantum quantum redditus annualis extendit debitus domino pro eisdem terris & Tenementis per annum & non plus &c. Super quo pro eo quod post Verdictum suum predictum in forma predicta redditur Senescallus huius Curie ex parte Domine allegavit quod manifeste apparet per diversos Rotulos Curie Manerij predicti quas idem Senescallus paratus fuit ad ostendendum homagio predicto quod Domina per consuetudinem Manerij predicti rite & iuste potest ad libitum assidere afferre & ratare quemlibet finem quem aliquis domine reddere debet pro admissione sua ad Tenementum predictum seu ingressu suo in tenementum illud customarium habendum ad maiorem summam quin secundum predictam ratam duplicem redditum & tunc & ibidem in plena Curia illud premonuit prefato homagio ad Revocandum Verdictum suum predictum quod facere homagium predictum denegaverunt

Tamen dies ulterius datus est ex gracia Curie eisdem Juratibus Usque proximam Curiam tenendam infra Dominium predictum Ea intencione ut homagium predictum se interim advisarent si Verdictum illud reformarent an precise illud super Sacramentum suum in ea parte ad hanc Curiam precise Affirmarent Necne

m  
ijj Herietti c iijj £  
cc Homagium presentant quod Domina huius Manerij debet habere post Mortem Henrici Knyght tria Herietta pro terris & Tenementis suis custumariis iacentia & existentia infra Dominium istud precij Cuiuslibet eorum xxvj s viij<sup>d</sup> quas seisita erant ad opus domini dictum & c.

Exitus terre c--  
cc Thomas Woode coram Senescallo Sursumreddidit in Manus domini omnia terras & Tenementa sua Custumaria iacentia & existentia infra Dominium istud Ea intencione quod Domina Reconcederet predictas terras & Tenementa prefato Thome & Elizabeth uxori eius & heredibus ipsius Thome Et pro eo quod non Venit ad clamandum nec extra Manus domini capiendum Ideo preceptum est respondere domine de exitibus quousque & c.

Summa istius Visu cum Curie c-----iijj £ xij s

## Part 2 [Thursday] 30 Sept 1557

Hispanie

Dulwyche ¶ Visus Franci plegii tentus ibidem die Jovis videlicet Ultimo die Septembris anno regnorum Philippi & Marie dei gracia Anglie & Francie Regis & regine Utriusque Cecilie Jerusalem & Hibernie fidei defensorum Archiducum Austrie Ducum Burgundie Mediolani & Brabancie Comitum Haspurgi flandrie & Tirolis Quarto & quinto




Essonia  
cc Henricus Huscroft & Willelmus Henley Essoniati sunt de Communi [secte] per Solucionem denarii & c.

Communis }  
Finis } iijjs  
Inquisicio Capta pro Domino Rege & Domina Regina per Sacramentum Walteri Symond Thome Woode Johannis Dove Walteri Dove Henrici Hunt Stephani Sare Ricardi Wright Roberti Brokesby Johannis Hethe Ricardi Taylo<sup>r</sup> Henrici Neckytt Thome Croft Edwardi Casynghurst Humfridi Bone Johannis Badger & Cristoferi Curson Qui dicunt quod dant domine de Communi fine semper ad hunc diem pro se & decennariis suis Ut patet in capite

defalta }  
in habitancium } vij<sup>d.</sup> Et quod Robertus Westlyne & Georgius Thomas sunt inhabitantes & Residentes infra Visum istud & ad hunc diem fecerunt defaltam  
Ideo Quilibet eorum in misericordia domine iiij d.

Pena Pendente Preceptum est Henrico Knyght escurare fossam suam in Croxtidlane sufficienter citra Festum pasche proxime futurum sub pena forisfacture Domine  
pro qualibet perticata iiij d.

Pena Pendente Preceptum est Thome Tuder escurare fossam suam in dicta venella continentem per estimacionem quinque perticatas sufficienter citra Festum pentecostis proxime futurum  
pena xx d

Ad istud Visum venerunt tam predicti Juratores quam Thomas    Tether Henricus Neckytt Henricus  
Olyver Johannes Beckett Willelmus Bone Willelmus Daltone Ricardus Brasey & Thomas Daltone Et dant Domine videlicet Quilibet eorum  
Unum denarium pro libertate habenda cum porcis & Averiis suis ad pasturandum super Communiam domine istius Manerij de Dulwyche ad valenci-  
am ij<sup>s.</sup> & vj<sup>d.</sup> & Ultra secundum consuetudinem & ordinacionem ibidem ex antiquo Usitatione & c.

[End of I3 [previously G3] (recto). I3 [previously G3] (verso) follows below.]

Roll I3 [previously G3] (verso) [Thursday] 30 Sept 1557 (continued)

G 3 v

Eleccio officiorum <sup>cc</sup> Eligerunt ad officium Constabularii ibidem Walterum Symond & juratus est ad excerendum[sic] officium predictum in omnibus prout & c.  
Et ad officium Capitalium plegiorum ibidem Robertum Brokesby & Cristoferus Curson & jurati sunt ad & c.  
Et [ad] officium Gustatoris servisie ibidem Edwardum Casyngherst & juratus est & c.

[Gap of c.4 lines]

proclamatio prima <sup>cc</sup> **Ad istam Curiam** facta est proclamatio prima si Thomas Wodde clamare voluerit certas terras & Tenementa custumaria infra

Dominium istud Veniat & audiat<sup>ur</sup> Et quia non Venit Ideo preceptum est & c.

<sup>cc</sup> **Cum Ad** ultimam Curiam presentatum fuerit per homagium Curie illius tunc existentis super Sacramentum suum quod Domina huius Manerij & heredes sui habebunt & habere debent post Mortem Cuiuslibet tenentis custumarii ac super quamlibet Sursumreddicionem <sup>factam</sup> per aliquem tenentem Custumarium de aliquibus terris seu Tenementis Custumariis infra Manerium predictum antequam heres tenentis mortui Vel ille ad Cuius Usum aliquod custumarium Tenementum fuerit Sursumredditum de Tenementis illis admissus fuerit tenens pro fine bis tantum quantum redditus annualis debitus domino pro eisdem terris & Tenementis extendit per annum & non plus prout in eadem Curia plene liquet Super quo ad eandem Curiam homagium illud tunc habuerunt diem usque hanc Curiam ut se interim Avisarent si ad hanc Curiam veredictum illud reformarent an precise illud affirmarent necne prout in Rotulis Curie illius plene liquet Modo ad hanc Curiam veniunt Johannes Croft Henricus Knyght Willelmus Godder Johannes Webbyster Walterus Dove Walterus Symond & Johannes Dove Junior qui de homagio predicto predictae ultime Curie fuerunt & super hoc per Ricardum Forsett generosum de erudito Consilio domine ex parte Domine in plena Curia ista legunt<sup>ur</sup> & monstrant<sup>ur</sup> homagio predicto diversi rotuli Curie istius Manerij precedentis tente in Temporibus regnorum diversorum Regum antehac existentium per quos separatim liquet quod maiores fines super admissiones diversas custumarii tenentes ad diversa Tenementa custumaria ante hac admissionem quam iuxta ratam duplicis redditus ut permittit<sup>ur</sup> pro Tenementis illis custumariis solvendus [erat] Et eciam quidam Henricus Hunt in plena Curia hic cognovit quod ipse maiorem finem pro terris custumariis Unde ipse preantea admissus fuerit tenens quam iuxta ratam predictam domine Manerij huius tunc existentis solvisset Super quo quesitum est de predictibus Tenentibus qui ad predictam Ultimam Curiam super Sacramentum suum presentationem <sup>in</sup> forma predicta fecissent & de eorum quolibet si ipsi vel eorum aliquis presentationem predictam per eos sic factam revocare & frustrari / aut iuxta Veritatem rectificare conscendere Vellent aut eorum aliquis Vellet , ijdem Tamen tenentes licet nullam sufficientem causam per quam ipsi iuste moti fuerunt ita facere ostenderunt nec inde interrogati ostendere potuerunt obstinate in plena Curia ista recusaverunt ita facere & quilibet eorum recusavit ac precise & perverse presentationem suam predictam ad Ultimam Curiam sic falso factam ut Veram cum falsa fuisset prout Senescallo Curie huius satis liquet super Sacramentum suum per ipsos in ea parte prius capta affirmaverunt & quilibet eorum affirmaverat / Et sic voluntare in ea parte falsum fecerunt Sacramentum per quod quilibet predictorum Johannis Croft Henrici Knyght Willelmi Godder Johannes Webbyster Walteri Dove Walteri Symond & Johannis Dove per consuetudinem Manerij huius omnia Tenementa sua custumaria huius Manerij domine forisfecit / Que preceptum Seisire preceptum est Ballivo huius Manerij & Ministro huius Curie seisire in Manus domine & in Manibus suis retinere pro forisfactura predicta /

Veredictum  
pro Domina

Summa istius Visu c—[blank]

Part 3 [Friday] 21 July 1559

Dulwych ¶ **Visus Franci plegii** tentus **ibidem** die **Veneris proxima** ante **Festum** sancti **Jacobi Apostoli** anno regni **Domine Elizabeth** dei **gracia Anglie Francie & Hibernie** Regine fidei defensoris &c primo

cc **Inquisicio** Capta **pro Domina Rigina** [sic] **per Sacramentum** Henrici Hunt Walteri Symond Thome Woode Johannis Dove Humfridi  
Communis finis c---iij s Bone Stephani Sare Ricardi Wright Cristoferi Curstone Johannis Beckett Roberti Brokesby Johannis Hethe Thome Dalton  
Ricardi Taylour & Johannis Bradger [sic] Qui dicunt & presentant quod dant domino de communi fine semper ad hunc diem pro se &  
decennariis suis Ut patet in capite

Juratus decennarius cc **Ad istam Curiam** venit **Nicholaus Casyngherst** & juratus est in **decennam Domine** Regine

cc **Et quod** Unus **Agnus coloris Albi** **precij** xijd. devenit infra **Dominium** istud **per spacium** unius anni integri & **amplius** & **Nullus** ^ ad  
Extrahura c---xij d. clamandum nec & c & remanet in **custodia** Thome Theder **Ideo preceptum** est seisure ad opus **domine** venit

cc **Et quod** Unus **pullus cloloris nigri** **precij** v s. **qui** devenit infra **Dominium** istud **per tres annos preteritos** & **deliberatus** fuit Thome  
Extrahura c--- v s. Wode de precio **predicto**

cc **Preceptum est** Thome Thether **escurare fossam** suam **vocatam** **Newlandysdyche continentem** **per estimacionem** xvij **perticatas** **preceptum** est Roberto Brokesbye  
**escurare fossam** suam **continentem** xij **perticatas** apud **Kenelles** / **Johanni Heath** **escurare fossam** suam **ducentem** A **Tenemento** suo usque **Crowchmans continentem** xvj

diverse pene pendente **per**ticas Johannis Dove **escurare** octo **per**ticas apud Brownynge & Ricardo Wright **escurare** xiiij **per**ticas ducentes A Lanes usque Lanesponde unusquisque **pro** parte sua sufficienter citra **Festum** pasche **proximum** pena Cuiuslibet eorum **forisfacturi pro** qualibet **per**tica c--- iij d.

cc **Et quod** Serviens Thome Oode Est **Inhabitans** & **residens** infra **Visum** istud & ad hunc diem fecit **defaltam** **Ideo** ipse in **miseriordia** **Domine** defalta decennae c-ijd.

cc **Et quod** **Willelmus** Dalton & Jana uxor eius sunt de mala fama & **conversacione** inhoneste ad grave **nocumentum** **inhabitancium** **domine** **Regine** **ibidem** **Ideo** **preceptum** est eis **emendare** & de **caetero** non ita **facere** pena xx s.

cc **Ad istud** **Visus** **Venerunt** Henricus Hunt **Walterus** Symond Thomas Oode **Johannes** Dove **Johannes** Beckytt **Humfridus** Bone **Stephanus** Sare **Ricardus** Wright **Johannes** Smythe **Cristoferus** Cursone **Robertus** Brokesby **Johannes** Heathe **Ricardus** Taylor **Thomas** Dalton **Johannes** Badger **Walterus** Dove **Edwardus** Casynghurst **Thomas** Thether **Willelmus** Bone **Willelmus** Dalton **Henricus** Huscroft **Communie** **Johannes** Casynghurst **Johannes** Kempeshale & **Willelmus** Hendley & dant **domine** **videlicet** Quilibet eorum jd. **pro** libertate **habendo** de porcis & **Averis** suis ad **pasturandum** **super** **Communi**am **Manerij** **predicti** ita **quod** Quilibet porcus & **Averia** sit de precio ij<sup>s</sup>. vj<sup>d</sup>. & Ultra & non infra **secundum** **ordinacionem** **preantea** **Usitatem** &c.

Eleccio officiorum cc **Eligerunt** ad officium **Constabularii** **ibidem** **Robertum** Brokesby & **juratus** est in officium **predictum** ad **excerendum** **[sic]** & c. Et ad officium **Capitalium** **plegiorum** **ibidem** **Ricardum** Wright & **Cristoferus** Cursone & c. Et ad officium **Tastatoris** **Servisie** **ibidem** **Johannem** Heath & **juratus** est & c.

**Affiratores** **Walterus** Symond & **Jurati** **Humfridus** Bone

proclamacio Secunda **Ad istam** **Curiam** facta est **proclamacio** **secunda** si aliquis **Clamare** voluerit **certas** **terras** & **Tenementa** **Customaria** infra **Dominium** istud **quas** **Thomas** **Wodde** **Sursumreddidit** in manus **domine** ut in **precedentibus** &c **Veniat** & **audiat**<sup>ur</sup> Et quia **nullus** **Venit** ad **clamandum** nec extra manus **domine** **capendum** **Ideo** **respondeat** **domine** **[de]** **exitibus** & c.

**Executum**  **per** **H[enricum]** **Stukeley** **Senescallum**



Summa istius Visus c----- [blank]

[End of Roll I3 [previously G3].]